



A. Ω.

DE

CULTU HEROINARUM SAGO VEL TOGA ILLU- STRIUM.

Conspectus Dissertationis.

Magna omni aetate Heroum fuit veneratio §. I. Unde justus etiam Heroinarum, si quae dantur, cultus existimandus est §. II. Dantur autem non solum Sagatae §. III. Verum etiam Togatae Heroinae §. IV. Quare sicut toties honores Heroinarum contra earundem Detrectatores vindicatus fuit: §. V. ita demonstratur iste cultus, cui jam dudum antiquitas fuit dedita, ex ἀποθεώσεως imprimis molimine, quae suscepta fuit α) per sollemiores Consecrationes §. VI. & VII. β) per Dearum nuncupationes §. VIII. γ) per ararum & templorum adificationes §. IX. δ) per festorum celebrationes §. X. cum qua veterum ἀποθεώσι Pontificiorum Canonizationem convenire memoratur §. XI. Uti vero memoratus Heroinarum apud veteres cultus nimis erat atq; illicitus: Ita, qui sequuntur Heroinarum honores necessarii magis atq; liciti existimandi sunt: Nimirum numismata §. XII. XIII. Statuae §. XIV. Sepulera & Monumenta §. XV. Epitaphia, Epigrammata §. XVI. Gradus Academici §. XVII. Ordines Equestres §. XVIII. Admissiones in consortia Virorum doctorum publica. XIX.

§. I.

Virtus illustra omni aetate Cultoribus suis monumenta condidit & ipsius memoria aere fuit perennior. Mortales sunt homines: non paucos tamen virtutis honor immortales reddidit. Sunt isti Heroes, qui vel sago vel toga illustres non intermorituram unquam pararunt si-

A

bi